



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 99. Legationes Cæsaris ad Papam, Regemque Catholicum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

quisque contulisset, ita tamen, ut Gal-  
liarum Rex rei tormentariæ impendia so-  
lus sustineret.

Scul. XVI.  
A. C. 1510.

## §. XCIX.

*Legationes Cæsaris ad Papam, Re-  
gemque Catholicum.*

Annuit hisce conditionibus Cæsar, mox  
que suos Legatos ad summum Pon-  
tificem, Regemque Catholicum decrevit,  
qui ab Hispano juxta Cameracensis fœ-  
deris pacta suppetias, a Julio autem du-  
centa aureorum millia mutua peterent,  
quæ dare si renueret, nunciarent, Im-  
peratorem Vicentia Romam iturum, ibi-  
demque Imperiale coronam receptu-  
rum. Ferdinandus, cum Maximilianum  
minoris haberet, fastidiose hæc respondit:  
Exspiravit fœderis tempus, eoquod fœ-  
deratorum quilibet, quæ petebat, jam-  
jam recuperasset, si vero Cæsar partem  
suam, quam non minus, ac ceteri occu-  
pavit, tueri neglexit, id non alienæ, sed  
propriæ culpæ adscribat. Nihilominus ex  
sola benignitate pollicebatur Ferdinandus,  
quod ad augendum Cæsaris exercitum,  
quam primum Vicentiæ montes supera-  
set, quadringentos Equites submittere ve-  
lit. Oblata acceptat Legatus, ampliora  
obtinere desperans. Magis propositi sui  
tenax erat Pontifex, qui nullo dato re-

14 sponso

**Sæcul. XVI** sponso Maximiliani Legatum valere ius-  
**A. C. 510** si, imo animo etiam constituit, cum Ludo-  
 vico Rege in gratiam redire, dummodo  
 ille jura, quæ in Genuam, & Neapolis  
 Regnum habere contenderet, missa face-  
 ret, omnesque copias suas ex Italia re-  
 vocaret, ac denique Alphonsum Ferrar-  
 riæ Ducem, usquedum Comacium reli-  
 quisset, tueri cessaret. Verum cunctis  
 hisce conditionibus rejectis, Ludovicus  
 totus in eo erat, ut bellum pararet.

## §. C.

*Vicentia a Germanis, & Gallis ob-  
 sessa captaque.*

*Mocenico  
 belli Came-  
 rac. lib. 3.*

Ergo uterque exercitus castra movet,  
 atque Anhaltensis Comes, cui Cæsar  
 nomine suo supremum exercitus imperi-  
 um in Italia detulit, in Veronensi agro  
 quingentos lancearios, peditesque mille  
 contraxit, quibus accesserunt mille quin-  
 genti cataphracti, peditumque decem mil-  
 lia, Ductore Calvimontio Marescallo: Dux  
 quoque Ferrariensis ducentos miserat ca-  
 taphractos, & quingentos levis armaturæ  
 equites, additis duobus peditum millibus.  
 Hæ copiæ, Pado flumine trajecto, nemini  
 ne obstante Peninsulam Rhodigianam  
 occupant, inde Castelli-Padi Athesin su-  
 perantes Montanianam Athesiam, alias  
 que Patavini tractus urbes in ditionem  
 acci-